~~25~~ 7.

Saluus sis mi suauiss. Vadiane. Scripseram ad te superiorib. dieb.
uelim etiam sollicitus: de stat. meo: atque ut iter in sacros hortabar
Quod cum non factum sit: vel non redditas esse ob. literas: vel certe
aliud quidpiam ~~me~~ tegor suspicari. Ut .n. tuum in me animum mutatum vereri
nulla ratione persuadere mihi possum. Quam meam de te existima-
tionem ut sacrosanctam custodias rogo. Facile autem custodieris si
quid agas: quid item Marius & Arbogastes nostri: & ceteri eruditi
homines isthic [illegible]: certiorem me reddideris. Iubeasque puerum
tuum a studiis: ut quidquid scripseris huic meo Valerio contubernali:
qui doctos ut nimis amat quam ipsam doctrinam: commodum ad
me perferendum tradat. Precipue autem omnium scire velim nunquid
Hieronymus Ligatius Bibliopola vester Homeri Vatrachos
Cerrusiorib. typis informaverit. Quod si informavit: ut me pror
eorum fructus cupitus desyderio. Pretium numerabitur. Ut ad
me redeam: Ad Divi Michaelis festa Lipsiam concedam.
Quod si diu isthic etiam fecissem tamen me hic subsistere oportuisset.
nequaquam in hanc cerevissam hominum colluvionem. Ubi autem
felicib. auib. Lipsiam venero: plurib. & frequentius tecum agam
modo intelligam hunc nostrum characterem tanculum esse
tibi non ingratum. Quem mihi scrupulum prior ut unum eo-
eximere potest nemo. Marium nostrum: & Arbogasten
meis & Hieronymi verbis Reverenter saluta. Abs quo tu
quoque saluebis. Vale feliciter. Holomutie xviij. Kalendas
Germanias Anno Mdx.

Tuus Petreius Aperbachius

[illegible] 1510.

Petrus A[illegible]gus.

Ameniſſimi ingenii viro
Joachimo Vadiano in
Flaviana Academia
literas humaniores docenti
amico cariſſimo :